



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quòd pietas ortum ab oriente sumpserit. Cap. LXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

causam extitisse. Primum enim, ut omnium gentium de
 numinis cultu opinionem ad unius habitudinis ritusq;
 formam traducerem: deinde quod in animo habebam, cor
 pus totius mundi, tanquam graui aliquo morbo acerbè
 vexatum, ad sanitatem restituere. Quæ sanè accurata ra-
 tione considerans, alterum eorum interiore mèris acie,
 id est consilio, efficiendum statuebam: alterum autè co-
 piarum militarium subsidio & viribus, quoad poteram,
 præclare gerere conabar: persuasum habens, si omnes
 veros Dei cultores communi concordie vinculo, sicut
 mihi in optatis erat, deuincire possem, vniuersæ nostræ
 reip. ciues, se ad pia eorum instituta breui conuersuros.

Quòd quæstiones apud Afros agitatae, reprimebat.

CAP. LXIII.

Proinde cum insania quædam intolerabilis, propter
 temerariam leuitatem quorundam, religionem à po-
 pulo obseruatam in varias sectas discindere molien-
 tium, vniuersam Affricam occuparet, hunc morbum, cum
 ipse leuare cuperem, nullum aliud remedium ei curando
 satis idoneum inueniebam, quàm ut quosdam ex vestrū
 numero adiutores ad conciliationem hominum inter se
 dissentientium mitterem: quo inuidia communis totius
 orbis inimica (quæ sacris nostris conuentibus aduersa-
 tur) penitus restringeretur.

Quòd pietas ortum ab oriente sumpserit.

CAP. LXV.

ET quoniam veri luminis vis, & sacre religionis di-
 sciplina, quæ dei opt. max. beneficio, ex quibusdam
 orientis quasi sinibus egressa est, vniuersum simul
 orbem terrarum, suo splendore collustrauit, non sine
 causa vos eam religionem profitentes, quos tanquam
 quosdam gentium duces ad salutem fore existimo, non
 modo propenso animi studio, verum etiam exquisito
 oculorum obtutu inuestigare conabar. Nam simul ac
 illustri contra hostes parata victoria verè triumphassem,
 istud potissimum conquirere instituebam, quod omni-
 um facile præstantissimum iudicarem.

*Christi in
 carnatio.*

Quòd